













1749.

1. Brokes, Thonicas : Selectae observationes forenses.
2. Boderus, Christianus Gullielb : De modis acquisitionis  
& civitatis Germaniae mediatis juris dictiois  
Criminalis
3. Boderus, Christianus Gullielb : Programma : de coentis  
et responsis prudentium Germaniae medi aevi . . .  
dissertationi auspicali . . . Franci Keyseri . . .  
praemissum
4. Dietmar, Joh. Wilhelm : De quibusdam differentis pro-  
cessus possessorii summarissimi in specie talis  
et inhibitoris Saxonici.
5. Emminghaus, Therd. Georg Guil : De eo, quod iustum  
est circa conventionales hereditariae transactiones
6. Gummus, Jo. Imbertus : Praescriptionem non esse juris  
naturalis demonstratus.

1749.

7. Treubmann, Gottlieb Friedric. Ornaud. De exheredatione uniuersum quod nempe posthumorum et impati- tam impuberumque ac minorum exheredatio ad XIII. y. actatis annum valeat nulla.

8. Sigelius, Christianus Tobias : , De jurisconsulto, ab oratore dericto, oratoris tandem victore. Dis- sertationis, qua . . . abstrum ex academia Ioannis Friedrici Sgerlaudi . . . celebrat

9. Waldman, G. Georgius : De ritibus baptismatis se- culi secundi.

1750

10. Broder, Henricus : De Rauffbusae literae Sacrae Caesareae maiestatis sacraeque Romanae imperii civitatis jurisdictione Criminali per totum diffusum territorium . . .



1757

3. Brokes, Hauricus: De locata pupilli hypotheca  
per mutuum tutoris non expirante
4. Brokes, Hauricus: Programma: De pseudo-privi-  
legio pupilli in lege 37. pro. ff. de neg. gest. <sup>4</sup>, dis-  
sertationi inaug. . . a Christiano Jacabo Vejilic  
habenda, adjectam.
5. Bunderus, Christianus Gottlieb, Fac. - jur. - prodecanus:  
Programma: De cursu equestri feudali <sup>4</sup>, dissertatio-  
ni inaug. praemissam.
6. <sup>4</sup> Dargis, Fractianus Georgius: . . . Wolffii de  
potestate circa sacra et bona ecclesiastica doctri-  
nam adversus . . . Rottfischers impugnationes  
- - - disputata. 2 exempl.
7. Varis, Fractianus Georgius: De genuina juris voluntatis  
speciatim divini in dolo ejusque a jure naturali  
discrimine.

1750.

8. Emminghaus, Theot. Georg Guil: De accisiis. Specimen 1750  
juris Germanici . . . Isami Bonhardo Widelburgio, 14  
viro magnifico . . . de regimine academico . . .  
tertia vice suscepto gratulatur.
9. Engarius, Fr. Rudolphus: De delictis monetariis 15  
10. Engarius, Fr. Rudolphus: De falso nummaris et solo  
et cum usurpatione juris monetandi conjuncto.
11. Heimbürgius, Fr. Casp: Programmum de quaestione: 16  
An oblatio belli principi facta litis pendens in  
Anat<sup>2</sup>, disputationi auspicali Georgii Christiani  
Heideri . . . praemissum.
12. Hoffmannus, Joh. Andras: De austriacis Ordinibus S.R.G.  
aliorumque imperii membrorum principum Liberae S.R.  
G. civitat. Rummingeris
13. Schmidius, Achelius Ludovicus Pordus: De valore testa  
menti a testatore obliti.



1750.

14<sup>tes</sup> Schmidius, Paulus Wilhelmus: Verationum Deciden-  
di utilitate et effectibus. 2 Scripta

15. Vigelius, Christianus Tacubus: De jure, personam  
debitoris, non obstante concursu creditorum, <sup>ex</sup>  
Cambio persequenti ac detrahendi in carcerem,  
qua soluta Christiani Heipici Jaurii celebrata

16. Wideburgius, Christianus Justus: De origine juris  
praefecturae academicae Germanicae Competentis  
paucis quae iam commentatus sumus <sup>que</sup> parenti,  
Joanni Bernhardo Wideburgio de regimine aca-  
demicali Tenentis tertium ipsi collato  
gratulatione













17308.

Q. D. B. V.

204. 1

DISSERTATIO IVRIDICA

1749, 1

SELECTAS  
OBSERVATIONES  
FORENSES  
CONTINENS

QVAM

P R A E S I D E

HENRICO BROKES, D.

SERENISS. DVCIS SAXO-GOTHANI ATQVE ALTENBURG.  
CONSILIARIO AVLICO, PANDECT. P. P. ORDIN. CV-  
RIAE PROVINC. ATQVE SCABINATVS ASSESSORE,  
NEC NON FACVLT. IVRID. h. t. DECANO,

IN

ILLVSTRIS ACADEMIAE IENENSIS  
AVDITORIO IVRIDICO


D. XVII. MAIL. CID MDCC XLIX.

PVBLCO ERVDITORVM EXAMINI

SVBMITTIT

CHRISTIANVS HELFERICVS SAVR

LAVTERBACO - RIEDESELANVS.



I E N A E,

EX OFFICINA IO. FRID. SCHILLII.





SELECTAS  
OBSERVATIONES  
FORENSIS  
CONTINENS

ANNO 1718  
HENRICO BROKES, D.

PHYSICUS, M.D. & A.M.  
CONSULTARIO AVVICIO, SANCTI. P. R. ORDIN. CIV.  
HAB. PROVIC. ATQUE SCIENTIATVS. ASSESSOR.  
HIC NON FACULT. IURID. P. R. DECANO.

IN  
ILLVSTRIS ACADEMIAE IENENSIS  
AUDITORIO IURIDICO

PUBLICO EXAMINIS EXAMINII  
SYMPTITIC

CHRISTIANVS HELLICVS SAVR  
HALLERBACO - RHEDESSIVS

IN A. P.  
EX OFFICINA JOH. FRID. SCHLIEDT







Q. D. B. V.

OBSERV. I.

SVMTVS INQVISITIONALES RESTITV-  
TIONI DAMNI, EX FVRTO PERPESSI,  
NON PRAEFERVNTVR.



Ordinaria furti poena delinquenti remittitur, si hic damnum, ex furto illatum, laeſis reſtituere poſſit. ORDIN. CRIM. art. 160. CARPZOV. *Prax. Crim. quaest. 80. n. 14.* BERGER *Elect. Iurispr. Crimin. c. II. membr. 1. §. 9. n. 2.* KRESS. *ad Const. crimin. art. 160. §. 2. n. 4.* KRAVSII *diff. de eo, quod iustum est circa poenam furti, imprimis iure Saxonico.* HOMMELII *diff. de mitiganda furti poena ob restitutionem rei ablatae.* Neque interest, utrum fur ipſe reſtituat, an alius eius loco; utrum res ipſa reſtituatur, an vera illius rei aestimatio. *Const. Elect. 33. P. IV. HOMMELII diff. cit. §. 6. et 7.* Idem in Saxonia

A 2

nia





nia Electorali obtinet, dummodo fur, ante motam inquisitionem poenitentia ductus, ad furtum restituendum fit paratus. *Mandat. Regium de dato Dresden am 27. Jul. anno 1719. wegen geschwinder Exequirung derer Räuber und Diebe.* Quae dispositio, cum dubium quoddam, utrum eadem ad generalem saltem inquisitionem, an uero ad specialem quoque pertineret, in Scabinatu Vitembergensi oriretur, peculiari Potentissimi Legislatoris rescripto de die 20. April. 1720. ad utrumque casum est extensa his uerbis: *Wir haben Uns aus Euern vom 28sten Dec. vorigen Jahres erstatteten allerunterthänigsten Berichte vortragen lassen, was massen in Inquisitions-Sachen Peter Linthens wegen begangener Deube sowohl der in hierbey zurückkommenden Actis f. 31. sqq. angemerckten, und zu Frödersdorff beschehenen Publication halber Unsers untern 27. Jul. des verfloffenen 1719ten Jahres ins Land publicirten Mandats wegen geschwinder Exequirung derer Räuber und Diebe, als auch, ob die im besagten Mandate §. Wir wollen auch ic. enthaltene limitation, daß in demjenigen Fall, da der Inquisit, ehe die inquisition angefangen, poenitiret, und das furtum restituiret, die Todes-Straffe nicht statt haben sollte ic. durchgehends von jeder inquisition, sie möge generalis, oder specialis seyn, anzunehmen, oder auf die letztere zu restringiren sey? bey euch einiger Zweifel entstanden, und ihr hierüber um Unsere Resolution allergeho samst gebethen; Allermassen nun, was diesen letztern Punct anbelanget, daß die in dem Mandat enthaltene obangezogene limitation sowohl auf die General-, als Special-Inquisition zu verstehen sey, Unsere Meynung niemahls an-*





anders gewesen, und Wir auch die andern bey diesem casu vorkommende Umstände für den Inquisiten zur Verschonung mit der Todes- Straffe allerdings vor erheblich befinden; Als ist hiermit Unser Begehren, ihr wollet euch darnach gebührend achten &c. Quid uero, si bona inquisiti ad damnum quidem restituendum, neuti- quam uero ad sumtus inquisitionales refundendos suffi- ciant? Utrum hoc casu iudex laevis praefendus, adeo, ut, si, deductis impensis inquisitionalibus, restitutio fieri nequeat, poena laeui ordinaria locum inueniat? Me- mini, hac de re olim, cum Illustri ICTorum Vitember- gensium Ordini adfiderem, disceptatum fuisse. Magi- stratus cuiusdam loci, prope Vitembergam siti, sumtus istos prae illis, qui damnum ex furto perpetrati, repetebat, eosdemque, contradicente defensore, simpliciter deducere intendebat, ratus, sumtus inquisitionales expen- sis, in utilitatem concursus factis, aequiparari, atque sic illos ad exemplum harum primo loco ponendos esse, praesertim, cum res furtiua non amplius exstaret, sic- que laesi pro simplicibus creditoribus, in ultima classe locandis, haberi debeant. Adiciebat Senatus ille, bona haud intelligi, nisi deducto aere alieno, sicque prius hoc esse detrahendum. Dura sane erat magistratus, exactio- ni sumtuuum rigide insistentis, petitio. Sed, etiamsi nulla aequitatis ratio habeatur, neque in iure fundata est haec intentio. Aut enim res furtiuae adhuc in natura exi- stunt, aut non. Priori casu nullum est dubium, quin illae ueris ipsarum dominis prae omnibus sint restituen- dae. *Constit. Crim. art. 207. et 208. Decis. Elect. 86.* Poste- riori casu aestimatio illarum debetur, ita, ut laesorum prae iudice, sumtus inquisitionales repetente, potior sit





conditio. Non equidem laesis tacitam hypothecam in bonis ipsius furis propter defectum legalis auctoritatis attribuo, WERNHER *P. I. Obseru.* 288. BEYER *ad Pandect. Lib. XIII. pos. 23. not. d.* prouti CARPZOVIO *Prax. Crimin. quaest. 80. n. 119* SCHILTERO *Exerc. XXIV. th. 49.* aliisque uidetur; nihilo minus tamen ipsis potius prae magistratu ius addico. Sc. hic sumtus inquisitionales non, nisi in subsidium, repetere potest, cum ad officium ipsius pertineat, in delicta reorum inquirere, eademque iuste punire. *l. 13. ff. de offic. praef.* Lucratur magistratus fructus iurisdictionis, et sic onera, cum eadem coniuncta, declinare nequit. *arg. l. 10. ff. de R. I.* Ex eodem fundamento laesus, ueram ablatae rei aestimationem perens, citra distinctionem, utrum tantum superfit, ut per illius restitutionem inquisitus a poena laquei liberari possit, nec ne, utique praefertur. Maximus in illo casu reorum fauor accedit, qui efficit, ut uitae conseruandae potius, quam expensarum habeamus rationem. Neque sumtus inquisitionales tale priuilegium, quale expensis, in concursus utilitatem factis, competit, in iure nostro habent, praefertim, cum magna adhuc inter utramque speciem differentia intercedat. Necessaria aestimationis rerum, furto ablatarum, praestatio itidem ad aes alienum, ab inquisito exsoluendum, pertinet, et sic eadem nullo modo praetermitti potest. Taceo, inquisitum, si poenam capitalem, aut corporis afflictiuam sustineat, passim, maxime in Saxonia, ab expensis liberari. *Nieder-Oesterreichische Landes-Ordnung art. 47. Bayerische Erklärung der Landes-Freyheit Part. IV. art. 1. Ius Lubec. P. IV. tit. 9. art. 1. Const. Elect. 12. P. IV. Dec. Elect. 86.* CARPZOV. *Praxi Crim.*





*Crim. qu. 80. n. 114. et P. IV. Const. 12. defn. 1. BERGER  
Elect. Iurispr. Crim. c. 2. membr. 1. §. 8. n. 2. KRESS. ad  
Constit. Crim. art. 204. §. 15. n. 4. cum is, qui sanguinem  
suum defendere studet, nunquam temere atque malitio-  
se agere uideatur. l. 1. ff. de bonis eor. qui ante sentent.  
Et licet quidem in Saxonia Electorali per Mandatum Reg-  
ium wegen geschwinder Exequirung derer Räuber und  
Diebe §. Wir wollen auch, hoc mutatum sit; MEN-  
CKENII Diff. de reo, eiusque herede, ex delicto, corporis  
afflictivam poenam merente, iuxta Mand. Reg. de d. 27. Jul.  
1719. §. Wir wollen ic. ad ablati, expensarumque restitu-  
tionem obligato. WERNHER P. V. obs. 16. atramen per su-  
pra dicta iudici prae laeso in repetendis sumtibus nulla  
conceditur praerogativa. Eandem sententiam BEYE-  
RVS ad Pandect. Libr. XIII. tit. 1. pos. 21. et 22. tuetur his  
uerbis: neque impensae, in inquisitionem et executionem ex  
officio factae, ex rebus furtivis a iudice deduci possunt; sunt  
enim onera iurisdictionis cum fructibus iurisdictionis, seu mul-  
ctis, aliunde perceptis, compensanda. Imo HOMMELIVS  
in citata dissertatione §. 9. eadem mente iudicem monet,  
ut nihil ex patrimonio furis ad sumtus processus, aut  
alimentationis impendat, sed pannicularia, et omne,  
quicquid in inquisiti bonis est, ad satisfactionem laesi  
conseruet. Quare ICTi Vitembergenses in supra memo-  
rato casu contra Senatum iure meritoque pronunciarunt.*

## OBSERV. II.

TESTAMENTVM, CORAM ADMINISTRATO-  
RE IURISDICTIONIS IN PRAESENTIA  
SCVLTETI CONDITVM, VALET.

**A**dministrator iurisdictionis est persona iudicialis, quae  
nomine domini iurisdictionis eandem exercet. Scul-  
te.





tetus paganus itidem est persona iudicialis, eo sine constituta, ut ipse praefectorum atque nobilium iudiciis, ceu testis, minister, praeco et executor affideat. Alia Sculteri officia recenset Ill. *Dn. a LEYSER Spec. LXX. m. 3. et SPECHTIVS in diss. de Scultetis et Scabinis*. Iam nullum dubium est, quin testamentum, coram his duabus personis conditum, ualeat. BERGER *Oecon. Iur. libr. II. tit. 4. §. 2. n. 9.* Equidem testamentum, coram Sculteto et Scabinis factum, non subsistit, CARPZOV. *P. III. const. 3. def. 21.* quoniam hae personae iurisdictione destituuntur, atque, prouti iam dictum, nudi saltem actuum iudicialium sunt testes atque ministri; COLER. *de proc. execut. P. II. c. 1. n. 131.* alia tamen rerum facies est, si administratori iurisdictionis testamentum offeratur, hincque in maiorem rei gestae fidem Scultetum adhibeat. Nam in causis ciuilibus iudex Scabinos adhibere non tenetur, nisi ipse simul actuarii sustineat uices, quo casu unus praeter iudicem Scabinus sufficit. Ill. *Dn. a LEYSER Spec. LXX. m. 6.* Hanc ob causam Icti Ienenses testamentum, coram administratore iurisdictionis atque Sculteto conditum, sustinuerunt, mense Ianuario c1o 10 CCXLIV. sic pronunciantes: Daß die Klage nebst dem f. 15. auf die sequestration der Früchte und poenal-inhibition aller Veräußerung gerichteten Suchen nicht statt hat; adiectis hisce rationibus: Dieweil das f. 1. befindliche Testament vor dem Gerichtshalter im Gegenwart des Gerichts-Schulzens errichtet worden, und dieser, gleich denen Schöppen, eine persona iudicialis ist, welcher mit Bestande Rechts bey Verfertigung der Testamente adhibiret wird; So ist demnach von uns, wie im Urthel enthalten, billig erkannt worden.

OBSERV.





OBSERV. III.  
IVS RELVENDI NON ADMITTIT MAIO-  
RIS PRETII OBLATIONEM.

**V**no, siue idem sit creditor, siue extraneus, licitante, debitor passim facultatem habet, intra certum temporis spatium bona reluendi, uel alium emtorem, qui maius pretium soluat, offerendi. Id quod in *V. P. S. Ordin. Tit. XXXIX. §. 13. et N. P. S. O. ad tit. XXXIX. §. 19. in Ordin. Proc. Super. Lusat. P. II. §. 4. uerbis: In alle Wege aber ic. in Ordin. Proc. Gotban. P. I. c. 17. §. 11. pariter ac Altenb. P. I. c. 35. §. 21. in Ordin. Proc. Isenac. tit. XXVII. §. 16. in Ordin. Proc. Magdeb. c. XLVI. §. 15. in Ordin. Proc. Anhalt. tit. XVIII. constitutum legitur. Tempus illud in Saxonia Electorali pariter ac in Ducatu Altenburgensi est spatium sex mensium; alibi uel simplex annale spatium, uel annale spatium cum die Saxonico, a tempore perfectae subhastationis, uel in Lufacia superiori pariter ac in Ducatu Altenburgensi a tempore adiudicationis computandum. *Ordin. Proc. Sup. Lusat. l. c. N. P. Altenb. Ordin. l. c. MENCKEN Tract. Synopt. Proc. Iur. Comm. et Saxon. Elect. tit. XXXIX §. 23.* Ratio huius dispositionis in singulari debitoris fauore consistit, ne scilicet hic ullam conquerendi causam habeat. *V. P. S. Ordin. tit. XXXIX. §. 13. Ordin. Proc. Isenac. tit. XXVII. §. 16.* Quid uero, si debitor praedium reluere uelit, is uero, qui illud sub hasta emit, maius pretium offerat, utrum hic cum maioris pretii oblatione audiendus? Casum istum olim ex Actis, ad Illustrem Ictorum Vitembergensium Ordinem transmissis, obseruauit. Ipse iudico cessare hoc in casu maioris pretii oblationem. In singularem debitoris fauorem ius reluendi est introductum,*

B

ne





ne sc. hic, parata forsan pecunia destitutus, re sua opinione citius priuetur, indeque, praeter alias causas, occasionem conquerendi nanciscatur. Iam, quod in alicuius fauorem introductum est, in illius odium detorqueri non debet. *l. 6. C. de LL. c. 61. de R. I. in 6to.* Verum quidem est, emtorem, si debitor alium, maius pretium offerentem, exhibeat, habere ius protimiseos; atque, si idem pretium soluere uelit, huic praeferratur. PHILIPP. *de subbast. c. IV. comm. 13. n. 69.* BERLICH. *P. I. concl. 87. n. 204.* Idque ex iure primi liciti prono alueo fluit. Et licet quidem in Saxonia Electorali per *N. P. S. Ordin. tit. XXXIX. §. 16.* pariter ac in Ducatu Altenburgensi per *N. Proc. Altenb. Ordin. P. I. c. 35. §. 18.* ius primi liciti sublatum sit; hoc tamen ius protimiseos in casu, quo debitor alium, maius pretium offerentem, sistit, in dictis Ordinationibus *l. c. §. 19. et 21.* expresse confirmatur. At enim uero de iure offerendi statuta ad ius reluendi nullo modo, nullaque ratione sunt extendenda. Magna inter utrumque ius intercedit differentia. Illic debitor extraneum offert; hic ipse praedium retinere cupit. Illic maioris saltem pretii; hic ipsius rei rationem habet. Inde ius reluendi maiorem in iure fauorem, quam ius offerendi mereatur. Taceo, oblationem maioris pretii, ab emtore factam, speciem iuris protimiseos non habere. Neque audiendi sunt creditores, qui forsan oblatum ab emtore pretium maius in iudicio acceptarunt. Acceptarunt illud, quod iure non ualet, et sic haec acceptatio nullius est momenti. Conf. MENCKEN. *Tract. Synopt. Proc. Iur. Comm. et Saxon. Elect. tit. XXXIX. §. 98.* et MARTINI in *Comment. Forens. ad Ordin. Proc. Iud. Saxon. tit. XXXIX. §. 13. n. 120.* Atque in eandem sententiam Icti Lipsienses, prouti





prouti ex Actis animaduerti, in eadem causa pronouciarunt, hoc modo: Würde hiernächst Andreas Platho, daß er sein von Annen Magdalenen Fritschin sub hasta erstandenes Haus vor sich, und zu seinem, und seiner Gläubiger, nicht aber zu eines andern Nutzen wieder an sich zu lösen gemeynet, vermittelst Eynes erhalten; so ist ihm angeregtes Haus, des von dem Curatore litis beschehenen Einwendens ungeachtet, gegen Bezahlung des liciti derer 660. Thlr. und derer erweißlichen Meliorations-Kosten zu überlassen, und ihm darzu wider die Fritschin behörig zu verhelffen; additis hisce rationibus: Obwohl die Fritschin, als der debitor communis sein von ihr erstandenes Haus zu restituiren sich offeriret, ihr voriges licitum der 660. Thlr. um 40. Thlr. erhöhet, wannhero der curator litis, daß der Schuldner anderer gestalt nicht, als wenn er das erhöhete licitum bezahlet, zuzulassen sey, zu behaupten suchet; Dennoch aber und dieweil besagte Ober-Amts- und Gerichts-Ordnung P. II. §. Zum Vierten *uerb.* In alle Wege aber *ic.* klare Maße giebet, daß dem Schuldner frey gelassen, sein subhastirtes Gut von dem Licitanten im Jahr und Tag nach der adiudication durch Bezahlung der vorgenommenen scheinlichen Besserung neben dem, was jener ins Guth bezahlet, oder daran zu fordern gehabt, wieder an sich zu lösen, gleichwie diese facultas dem debitori communi gegen die Fritschin in dem an sie ausgestellten Adjudications-Schein f. 103. Vol. sub A. ausdrücklich vorbehalten worden, welcher sich auch derselben iusto tempore bedienet, daher die Fritschin ihm sothanes Recht durch ein nachhero, *re non amplius integra*, gethanes höheres Gebot nicht entziehen, noch dadurch sein *ius reuendi*





luendi beschwerlicher machen können, auch keine Folge, daß, weil einem Licitanten nachgelassen, einem offerirten pinguiori emtori sich gleich zu setzen, er selbst zum Nachtheil der dem Schuldner zukommenden reuolution einen pinguiorem emtorem abgeben könne, worbey einiger creditorum acceptation in keine consideration zu ziehen, indem vielmehr des Concurfus Besten dadurch, wenn der Schuldner sich der reuolution zu seinem und seiner Gläubiger Vortheil bedienet, befördert wird; der Verdacht auch, daß er in utilitatem tertii die reuolution vornehmen dürffte, durch das ihm zuerkannte iurament abgelehnet wird; So ist gesprochener massen billig erkannt worden.

#### OBSERV. IV.

INDE EMTOR NON MODO REM, SED ET  
FRUCTVS, A TEMPORE OBLATIONIS  
PERCEPTOS, RESTITVERE  
TENETVR.

In casu memorato emtrix, oblatum a debitore pretium recusans, maius pretium offerebat, idemque illud creditores acceptabant. Mota super hac re lite, pecunia, donec lis per sententiam decisa fuerit, in iudicio deponabatur. Finita lite, debitor fructus, a tempore oblationis perceptos, una cum praedio repetebat. Contradicebat emtrix, atque noua super hocce iuris puncto oriebatur controuersia. Pro debitore utique pronuncianum. Hic pretium obrulit, atque ad praestanda ea, quae ipsi incumbant, paratus fuit. Emtrix autem moram in accipiendocommissit, cum pretium oblatum recusaret, atque maius pretium iniuste offerret. Iniusta haec oblatio ipsi commodum quoddam afferre non debet; quin potius fructus,





Aus, a tempore oblationis percepti, debitori propter in-  
 quam emericis petitionem sunt restituendi. Ita Icti Vi-  
 tembergenses, mense Februario clo 15. cccxliii. sunt  
 elocuti; hanc, me interprete, sententiam ferentes: Nun-  
 mehro aus den Acten und der Partheyen rechtl. Ein-  
 bringen so viel zu befinden, daß Appellatens Principa-  
 lin, wenn zuförderst die f. 19. Vol. sub D. befindliche Ap-  
 pellation, immassen vor allen Dingen zu beschehen, aus  
 dem Wege geräumet worden, nicht allein sofort das  
 sub hasta erstandene Haus gegen Empfang der von ihr  
 bezahlten Kauff-Gelder und der sub n. 1. 2. et 4. f. 34.  
 Vol. sub D. specificirten Kosten Appellatens Principaln  
 abzutreten und einzuräumen, sondern auch die vom 4ten  
 Nov. des 1740sten Jahres an aus dem Hause erhobene  
 Nutzungen vermittelst einer eydlichen Specification dem-  
 selben zu ersetzen, sowohl die Depositen-Gebühren aus  
 ihren Mitteln zu bezahlen schuldig; adiectis hisce ratio-  
 nibus: Obwohl Appellatens Principalin das sub hasta  
 erstandene Haus öffentlich adjudiciret worden, mithin  
 dieselbe das Eigenthum hierdurch erlanget, folglich auch,  
 daß ihr der Mieth-Zins und alle Nutzungen, welche bis-  
 hero gedachtes Haus abgeworffen, zuständig seyn, es das  
 Ansehen gewinnet; Dieweil aber sothane adjudication  
 sec. f. 103. Vol. sub A. mit Vorbehalt des dem debitori  
 communi zustehenden iuris reuolutionis geschehen, diesem-  
 nach Appellatens Principalin, wie ohne dem zu besche-  
 hen, das Haus bey erfolgter reuolution abzutreten pflich-  
 tig, zu dem Ende Appellantens Principal in termino re-  
 uolutionis den 4ten Nov. des 1740sten Jahres, die von  
 ihr bezahlten Gelder test. act. f. 126. b. Vol. sub A. würck-  
 lich ausgezahlet, welche aber diese nicht angenommen,

OBSERVA.

B 3

son-





sondern statt dessen auf eine widerrechtliche Art. und Weise ein höheres licitum offeriret, und durch dieses ungebührliche Anerbieten thatsam bewiesen, wie es ihr um die Abtretung des Hauses kein rechter Ernst gewesen, daher dieselbe von gedachter Zeit an moram in accipiendo begangen, und zugleich pro malae fidei possessore zu achten, bey welcher Bewandnis sie die aus dem Hause von der Zeit an gezogene Nutzungen Appellantis Principalis zu restituiren, wie nicht weniger die Depositen-Gebühren zu entrichten sich nicht entbrechen kan; Als ist von uns gesprochener massen nicht unbillig erkannt worden.

## OBSERV. V.

IMO SVMTVS, OB DEPOSITIONEM PECVNIAE SOLVENDOS, die Depositen-Gebühren,  
EMTOR FERRE TENETVR.

**P**raecedens sententia horum sumtuum facit mentionem, atque illorum praestationem emtrici iure meritoque adiudicat. Illa enim per iniquam pretii maioris oblationem ansam huic depositioni dederat. Culpam quidem illa non sibi, sed creditoribus, qui aduersus redditionem pecuniae, a debitore soluae, protestati erant, unice imputabat, eoque sine attestarum quoddam, referens, procuratorem non suo ipsius nomine, sed aliorum creditorum gratia, quorum mandatarius insimul fuit, protestationem interposuisse, in iudicio producebat. At enim uero et huic protestationi, quae, si emtrix pecuniam accepisset, aut ab iniqua postulatione destitisset, utique cessare debuisset, ipsa ansam dedit. Aequum ergo est, ut eadem, nulla attestati illius ratione habita, sumtus depositionis, die Depositen-Gebühren, soluat.

OBSERV.





OBSE<sup>RV</sup>. VI.  
**PECCAT, QVI MVNVS SECVLARE**  
**PECVNIA AMBIT.**

**N**on ita pridem ICti Ienenses factum, quo aliquis munus secularare pecunia ambire studebat, improbarunt, atque dantes pariter ac ipsos accipientes pecuniam punierunt. Et recte quidem. Non loquor iam de munere ecclesiastico, quod pecunia redimere omnibus modis est prohibitum. *l. 31. C. de episcop. et cler. c. 113. C. 1. qu. 1. c. 33. C. 7. qu. 1. ZIEGLER. de Episcop. libr. II. c. 5. Illustr. BOEHMER. Jus Ecclesiast. Protest. libr. V. tit. 3. et Jus Paroch. Sect. III. c. 1. §. 32. DEYLINGII Instit. Prud. Pastoralis P. 1. c. 2. §. 6.* Sermo hic est de munere seculari, quod itidem pecunia ad se trahere non decet. Pecunia vero in latissimo sensu hic accipitur, ita, ut perinde sit, siue aliquid detur, siue aliquid remittatur. *l. ult. C. ad L. Jul. repetund.* Inde salarium unius, alteriusue anni, aut redditus, in certum euentum sperandos, muneris obtinendi gratia remittere itidem est prohibitum. Sc. Summus rerum Moderator atque Arbiter omnia sapientissimo consilio gubernat, imo actiones hominum, uti in aliis negotiis, ita potissimum in causis officiorum publicorum dirigit. Eo sine prudentissimum NVMEN certos cuique hominum instinctus, quibus unus ad hoc, alter ad aliud uitae genus inclinare solet, inserit, ac unumquemque certis uiribus, ad hoc, uel illud officium gerendum necessariis, instruit. *Exod. XXXI. 2-6.* Atque haec est uocatio diuina interna. Inde nemo affectare debet munus, ad quod se natum non esse in pectore sentit. Conf. incomparabilis quondam Theologus SPENERVS in den Lebens Pflichten *Homil. V. post fest. Trinit. p. 174. et in den Evangelischen*





lischen Sonntags-Andachten Homil. V. post fest. Trinit.  
 p. 499. Inde parentes pariter ac agnati neminem ad offi-  
 cium quoddam subeundum, cui impar est, uel erga quod  
 nullam sentit inclinationem, cogere debent. Porro DEVS,  
 actiones hominum dirigens, assistit hominibus, ad eligen-  
 dam certam personam constitutis, eosdemque sua gratia  
 implet, ut, solorum meritorum rationem habentes, hanc,  
 uel illam personam, non aliam ad officium seculare pro-  
 mouendam esse, intelligant. Atque haec est uocatio diui-  
 na externa. Inde omnes priuati affectus longissime sint  
 remoti. Utraque uocatio, tam interna, quam externa,  
 circa officium quoque seculare concurrere debet. Audia-  
 mus celeberrimum quondam Theologum IOH. BENE-  
 DICTVM CARPZOVIUM, qui in Trost- und Leichen-  
 Sprüchen P. I. p. 1106. hac de re ita differit: Gott be-  
 ruffet nicht allein die geistlichen Personen zu Kirch- und  
 Schul-Diensten, sondern auch, die im Haus- und welt-  
 lichen Stande arbeiten ic. In der Policy und weltli-  
 chen Stande ruffet und ordnet er alle dahin gehörige  
 Personen, von dem obersten bis zum kleinsten. Da giebt  
 er gewissen Personen die inclination und Zuneigung ins  
 Herz, daß sie zur Iurisprudenz Lust und Beliebung ha-  
 ben, und oft in der Kindheit ein Verlangen tragen, mit  
 der Zeit bey heranwachsenden und zunehmenden Jah-  
 ren iura zu studiren, und ist gar nicht zu zweiffeln, daß,  
 wie er den Propheten Jeremiam noch im Mutterleibe  
 zum Propheten-Amte ausfondert, Ierem. I. 5. er auch  
 manchen tapffern Juristen ihm ersiehet, ehe er noch von  
 der Mutter gebohren wird ic. Er bestellet sie, wenn  
 sie tüchtig seyn, einen zu diesem, einen andern zu einem  
 andern Amte, einen beruffet er, daß er ein Rath, einen  
 andern,



andern, daß er ein Syndicus, einen andern, daß er ein Aduocat sey, und also ist kein Amt, das ein Jurist mit Recht und Ehren verwalten kan, darein ihn nicht der Sohn Gottes selbst setze. Er segnet in ihrem Amte all ihr Thun und Vornehmen, daß es wohl gelingen, und sie mit gutem success das Recht befördern, da es fast ohne seinem göttlichen Beystande gar schlecht ablauffen würde. Omnis ergo, qui officium quoddam aggreditur, et internae et externae uocationis diuinae conscius esse debet, sine qua nec felices rerum progressus sperare, neque in aduersis casibus, qui munus subinde comitantur, tranquillus esse potest. Conf. WILLENBERGII *diff. de diuina ad officia ciuitatis secularia uocatione*, vom göttlichen Beruff zu weltlichen Stadt. Aemtern. Huius autem uocationis conscius esse non potest, qui munus pecunia, qua DEVS non indiget, redimit. Meritorum habenda est ratio, cum honor sit brabeum laboris. Quale uero meritum pecunia? Nullum. Quin potius, hac repulsa, uirtutes, litterae atque artes magis efflorescunt. Eleganter CLAUDIANVS in *Fl. Mallii Theodori consulatum uersibus* 261. *sqq.* canit:

*Crescite uirtutes, foecundaque floreat aetas.*

*Ingeniis patuit campus, certusque merenti*

*Stat fauor, ornatur propriis industria donis.*

*Surgite sopitae, quas obruit ambitus, artes.*

*Nil licet inuidiae, Stilicho dum prospicit orbi.*

Hanc ob causam antiquis iam temporibus Romani emtionem officiorum seuerissime interdixerunt. Sc. in statu populari auri sacra fames animum populi ita ceperat, ut, praeter alias artes, multum ualeret candidati benignitas. Eo sine hic plura populo dabat congiaria, prandia atque mu-

C

nera,





nera, CIC. *de petit. consul. XI.* ASCON. PAEDIAN. *in Cic. pro Scauro p. 1751.* imo saepe suffragia praesente pecunia emens *interpretem*, per quem pactio induceretur, *sequestrem*, apud quem pecunia deponeretur, et *diuisorem*, qui singulis nummos distribueret, secum producebat. ASCON. PAEDIAN. *in Verrin. II. p. 1821.* NIEVPOORT *Rit. Roman. succinct. explicat. Sect. I. c. 7. §. 8.* SIGON. *de Iudic. II. 30.* Hisce malis obuiam euntes Romani anno urbis conditae IO XCIV. legem *Corneliam Fuluiam de ambitu* tulerunt. *Epitom. LIV. XLVII.* atque paulo post Q. COPONIVM, qui uini amphoram suffragatori dederat, ambitus damnarunt. PLIN. *Hist. Natur. XXXV. 12.* Postea a. u. c. IOCLXXXVI. lata est *L. Acilia Calpurnia*, qua cautum, ut, qui ambitus damnati essent, pecunia mulctarentur, neque iis magistratum capere, neque in senatum legi liceret. DIO CASSIVS *Hist. XXXVI.* Hanc sequebatur a. u. c. IOCCXC. *lex Tullia de ambitu*, quae priorem legem ad illos etiam, qui mercede conducti obuiam candidatis iuissent, qui conducti sequebantur, qui prandia uulgo dedissent, extendit, insimulque poenam decennalis exilii in crimen ambitus decreuit. CIC. *in Vatin. XV.* Paulo post, nempe a. u. c. IOCCXII. promulgata est *L. Aufidia de ambitu*, huius tenoris, ut, qui nummos in tribu pronunciauerit, si non dederit, impune esset, si dederit, quoad uiueret, singulis tribubus sestertium MMM deberet. CIC. *ad Attic. epist. I. 13.* Eodem fere tempore, nimirum a. u. c. IOCCXVI. publicata est *L. Licinia*, quae sodalitia, coitionem cum petitoribus, numerorum diuisionem sub poena exilii prohibuit. SIGON. *de Iudic. II. 32.* Accessit *L. Iulia de ambitu*, ab Augusto Imperatore lata, cuius in Pandectis fit mentio. Conf. HEINECC. *Syntagm. Antiqu. Roman. libr. IV. tit. 18. §. 77-79.*  
Et





Et licet quidem in statu monarchico aura illa popularis non amplius existerit, *l. i. pr. ff. ad L. Iul. ambitus*, nihilo minus tamen cupido pecuniae, pro officiis soluendae, animis illorum, qui magistratum in municipiis conferebant, aut multum hac in re adiuuare poterant, tam alte infedit, ut SCtum, quo in municipiis contra L. Iuliam de ambitu magistratum, aut sacerdotium corruptis suffragiis petens, centum aureis cum infamia puniretur, introductum fuerit. *l. i. §. i. ff. eod.* Imo sequentes Imperatores THEODOSIVS et VALENTINIANVS pariter ac IVSTINIANVS emtionem officiorum seuerissime prohibuerunt, atque, ut candidati iurent, se pro administrationibus sortientis neque dedisse quidpiam, neque daturos unquam postmodum fore, siue per se, siue per interpositam personam, aut uenditionis, donationisue titulo, aut alio uelamento cuiuscunque contractus, et ob hoc nihil penitus tum in administratione positos, quam post depositum officium pro aliquo praestito officio tempore administrationis, quam gratuito meruerunt, accepturos, saluberrimo iusserunt consilio. *l. ult. C. ad L. Iul. repetund. Nou. 8.* Neque hodie aliarum facies existit. Licet enim BEYERVS in *Delineatione Pandectarum libr. XLVIII tit. 14.* neget, poenas ambitus ad monarchias pertinere; nullum tamen est dubium, quin in iisdem quoque crimen ambitus committi possit. Docet hoc *l. i. §. i. ff. ad L. Iul. ambitus*, quae, ambitum a municipiis remotum non esse, adstruit. Docent hoc allegatae Caesareae constitutiones, in statu monarchico latae. Imo ARCADIVS et HONORIVS in *l. i. C. ad L. Iul. de ambitu* crimen ambitus ad eas etiam dignitates, quae ex solius Principis arbitrio pendent, diserte extendit. Hinc uenditio officiorum publicorum ad hunc usque diem crimen est,





est, quod arbitrariam poenam meretur, ac interdum amissione iuris suffragii ex parte accipientis, et remotione ab officio, hoc modo acquisito, ex parte dantis coerceri potest. Conf. *Ill. Dn. a LEYSER Spec. DLXXI. m. 37.* Quid uero, si alicubi regnet ambitus, ita, ut aliquis absque pecunia munus obtinere haud possit, annon tunc forsitan pretio redimere licet officium? Distinguo inter illum, qui in officio publico iam est constitutus, et eum, qui nullum munus habet, ardentissimo tamen DEO proximoque inferuendi flagrat desiderio. Ille absque alia legitima uocatione officium suum, legitime acquisitum, deferere non debet; atque sic ne unciam quidem, salua conscientia, pro nouo soluere potest officio. Hic uero, si nullam alibi ad honores adspirandi occasionem habeat, facilius excusatur. Utroque tamen casu in foro externo poena cessat. Aliam limitationem, si scilicet aliquis ob salutem publicam argento munus publicum redimere cogatur, *Illustris Dn. a LEYSER Spec. DLXXI. m. 7.* adducit. Saltem ipse casum, quo salus publica non aliter, quam pecuniaria officii emtione obtineri possit, non facile concipere possum. Allegata quidem exempla pecuniae dationem loquuntur, sed non demonstrant, candidatos alio modo repelli non potuisse. Quam diu ergo alia Remp. iuuandi suppetit occasio, tam diu ad hocce remedium extraordinarium non est deueniendum; cum regulariter munus seculare pecunia ambire non sit permiffum.





Jena, Dissy 1749-50




f 1018  
sb.











174398.

1749.1

Q. D. B. V.  
DISSERTATIO IURIDICA  
SELECTAS  
OBSERVATIONES  
FORENSES  
CONTINENS


QVAM  
P R A E S I D E  
HENRICO BROKES, D.

SERENISS. DVCIS SAXO-GOTHANI ATQVE ALTENBURG.  
CONSILIARIO AVLICO, PANDECT. P. P. ORDIN. CV-  
RIAE PROVINC. ATQVE SCABINATVS ASSESSORE,  
NEC NON FACVLT. IURID. h. t. DECANO,

IN  
ILLVSTRIS ACADEMIAE IENENSIS  
AUDITORIO IURIDICO

D. XVII. MAII. MDCC XLIX.  
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI  
SVBMITTIT

CHRISTIANVS HELFERICVS SAVR  
LAVTERBACO - RIEDESELANVS.



IENAE,  
EX OFFICINA IO. FRID. SCHILLII.

